



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

VI. De Collatione Sacrorum Ordinum ab Episcopo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

VI. De Collatione Sacrorum
Ordinum ab Episcopo.

I. *Inquirendum in vitam anteaactam*
Ordinandorum, ne ad summam hanc di-
gnitatem evehantur indigni, qui scanda-
postmodum populo praebeant: unde monet
Apostolus: Manus citò nemini imposueris
Tim. 5. Quid est citò manus imponere,
nisi ante aetatem maturitatis, ante tempus
examinis, ante meritum laboris, ante ex-
perientiam disciplinae Sacerdotalem hono-
rum non probatis tribuere? inquit S. Leo
Epist. 87.

II. *Interstitia servanda, nisi obstat ne-*
cessitas, ut Ordines majores singulos prius
aliquamdiu exerceant, & paulatim ad Sa-
cerdotii dignitatem se praeparent, juxta
Concilii Tridentini praescriptum, & Eco-
lesiae antiquae consuetudinem.

III. *Ceremonias exactè prius addiscant,*
rationes memoriae mandent: Custodi-
recepta & ceremonias, quae ego mando
Deut. 7. Defectus enim initio adhe-
rentes, in habitum pravam transeunt, &
in vitam saepe non deponuntur teste expe-
rientia.

IV. *Octiduanis S. Ignatii exercitiis animum vel ad Sacerdotium, vel ad primitias ritè comparent, atq; in iis 1. Exhologesi totius vita animum expient, ne mundiores accedant ad tremenda mysteria. 2. Horrorem ingentem peccatorum, Sacerdotem praesertim dedecentium, concipiant. 3. Desiderium virtutum & spiritum Christi imbibant. 4. Ordinem diei sibi praescribant, ne more secularium multorum inordinate viventium, plurimum pretiosissimi temporis dilapident. 5. Denique juxta lumina, affectus, & decreta in exercitiis illis adè efficacibus ad morum mutationem, facta; relictà vità vulgari & profanà, vitam spiritualem, sanctam, Angelicam & eminentià sacerdotali dignam aspiciant.*

V. *Inculcandum Neomystis, ut templa, Altaria, Calices ceteraq; paramenta semper munda seruent: quanta enim indecoria est, templa Altissimi sordibus obsolescere, altaria pulvere obseri, ornamenta abjecta & arrosa, corporalia & purificatoria ita maculosa & immunda adhiberi, ut nauseam moveant intuenti? Haecine Majestatem*

statem Christi infinitam, summiq; Mo-
 archæ supellectilem decent?

VII. De assistentia Parochi in
 Matrimonii aditu.

Admone Sponfos, ut paulò ante consci-
 entia labes expient, ne forte cum
 vice peccati hoc Sacramentum suscipien-
 tes, propriâ ejusdem gratiâ se spolient.

II. Excita eos ad puram intentionem:
 ut conjugem accipiant in timore Domini,
 amore filiorum & auxilii mutui ad aeter-
 nam salutem magis, quàm libidine ducti;
 super illos, ut in maritos Sara potestatem
 obtineat demonium.

III. Hortare ut amore non naturali,
 carnali vel brutali: sed charitate superna-
 rali, spiritali & Christianâ se comple-
 antur, quemadmodum Christus Ecclesiâ.

IV. Exhortare ad fidem servandam &
 veram matrimonii cum charitate & pati-
 entia mutuâ supportanda, donec mors eos
 paret.

V. Matrimonium Heterodoxi cum Or-
 thodoxo vel contrâ, quantum possibile est,
 dissuade, ob plurima incommoda, & maxi-
 me ob periculum perversionis in prolibus,